Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36551
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ducatus quid uel suspicari debeatis. si adtendimus quod legis
tis regnũ dei intra uos est habitare xpm per fidem in cordib
uris. tamquã uiq; regem in regio suo. et non sunt condigne
passiones huius temporis ad futurã gl'am que reuelabitur
in nobis. uelut aliquid exterius. si in nobis quasi intus iam
manens. si nondum apparens. et rem. Omnis gl'a eius filie
regis abiimus. et ascendet ad cor atq; ascensiones in cor
de suo disposuit. rursumq; anima iusti sedes sapientie.
eiusdem sine dubio illa uox est. celum michi sedes est. si in
quam hec hisq; similia non pauca in scripturis aduertas.
perfecto studebitis. ad inquirendum regnũ dei et iusticiã eius.
intrare potius uos quam uel extra uos exire. uel ascende
re supra. Si supra sane uel extra dixerim. loci positione.
sicut celi aera locum tenet exteriorem. sol luna et sidera.
superiorem. Iam eadem ipsa que intra nos sunt. subtiliori
sue naturę mutabilitate etiam supra nos sunt. sublimi
ori excellentię dignitate. quoq; immensitate. magestatis.
Si altissima hec sunt. egentia uiq; et diligentiori disputa
tione et doctiori disputatore et ope pluriori. Ego enim
putauerã modu in his tractandis epistolarẽ nequaquã ex
cessum iri. si sermo ut uideo processit longius quã speraui.
Inde uos si placet libriũ. si placet epistola nominate. nam
ego siue immutatis. siue in paucis uirẽ debui quod et studui
satisfacere uoluntati.

Incipiunt capitula opis subsequtis.

I. Sermo exhortatorius bernhardi abbis ad milites templi.
II. De mulicia sectari. III. De noua mulicia. IIII De
conuersatione militũ templi. V. De templo. VI De beth
lehem. VII. De nazareth. VIII De monte oliueti. ualle iosaphat.
IX De iordane. X De loco caluarie. XI De sepulchro. XII. De
bethfage. XIII. De bethania. Expl. Incipit liber Bernhardi.